

¶ Predicamentorum

gnificant accidentis tamen: et postea per inherentiā debet intelligere subiectum. Nam si hoc esset hec falsa: homo est albus: esset enim sensus quod homo esset albedo inherens subiecto: quod falso est. Et sic talia significant subiectum non sub propria forma: sed inquantū est informatum accidente. ¶ Ad argumenta patet. Ad primum auctoritatem dicitur: quod albū non significat solam qualitatem: id est imponitur a qualitate: sed significat totum aggregatum. ¶ Ad secundum cū dicens quod significaret subiectum: et si exprimeretur esset nugatio: certe uerum est si significaret sub propria forma. ¶ Ad tertium cuius dicens: quod ista est per se lignum est album: ergo et ista album est lignum. Dico quod uerum esset si significaret sub propria forma. Alia similiter argumenta soluuntur per eundem modū.

Queritur Utrum substantie sit aliquid contrarium. Et videtur quod sic motus enim est a contrario in contrarium: sed in substantia est motus ut generatio: ergo et ceterum. ¶ Secundo arguit sic: quicquid corruptitur corruptitur a suo contrario: sed substantie corruptur: ergo habent contrarium. ¶ Tertio: ignis et aqua sunt contraria et sunt substantiae: ergo substantie est aliquid contrarium. ¶ Similiter probatur quod suscipiat magis et minus. Nam uina substantia magis est substantia quam alia (ut superius dictum est) ergo. ¶ Secundo sic: ignis lux est magis ignis quam ignis flamma et flamma quam carbo. Et iste sunt species ignis: ergo substantia (ut videtur) suscipit magis et minus. ¶ Tertio arguitur homo est animalior bruto: et brutum arbore. ergo substantia suscipit magis et minus. ¶ Dicendum quod substantie nihil est contrarium: tamen duplex est contrarietas scilicet generis predicabilis et generis susceptibilis. Contrarietas generis predicabilis bene reperitur in substantia: et sic differenter possunt dici contrarie ut rationale et irrationale: sed contrarietas generis susceptibilis non est in substantia. Nam illa mutuo se expellunt et circa idem subiectum habent esse: et ipse substantie non se expellunt ideoque non habent contrarium. ¶ Et cum obiectetur: quod omnis motus est a contrario in contrarium. Dico quod ibi accipitur contrarium large pro desperato. ¶ Ad secundum cuius dicitur: quicquid corruptitur et ceterum. Dico quod substantia non habet contrarium sibi esse: sed corrupit ratione contrariorum inclusorum que sunt calidum frigidum. ¶ Ad tertium de ignis et aqua si sui essentiam non sunt contraria: sed propter qualitates accidentales que sunt frigiditas et caliditas. ¶ Ad secundum dubium cum dicatur illud quod non habet contrarium et ceterum. Hoc est uerum si sui essentiam. nam quantū ad actū substantię uina magis quam alia binū substati. ¶ Ad aliud cū dicens ignis lux uerum est quantum ad hanc operationem lucere non tamē in essentia. ¶ Ad aliud cū de homo est animalior et ceterum. uerum est quantum ad numerum potentiarum: sed non in essentia. ¶ Dubitat forte aliquis: quod videtur male dictum cum dicit philosophus. propriū est substantie quod cum sit uina et eadem numero sit susceptibilis contrariorum. Nam hec substantia animal non est eadem numero: et tamē suscipit contraria. ¶ Secundo arguit sic: sortes cū suscipit sanitatem et eruditinem non est eadem numero: ergo. ¶ Tertio sic: celum est substantia: et non suscipit contraria: ergo hec proprietas non conuenit omni substantie. ¶ Dicendum quod hec proprietas bene posita est: quod propriū est substantie cum sit uina et eadem numero: id est cum sit uina et eadem in essentia sit suscep-

tibilis contrariorum. Unde animal est substantia uina et eadem numero: id est essentia: et sic ille qui est sanus uel eger. ¶ Ad aliud dico simile quod celum suscipit contraria quantū ad diversa ubi. aliquando enim est in oriente aliquando in occidente et sic suscipit contraria.

Quod est
lum suci
per contra
ris

Vanitatis autem aliud est continuum aliud est discretum. et aliud quidem ex habentibus positionem ad se inuicem in ipsis partibus constitutum aut ex habentibus positionem.

Superius Auctor dixit de predicamento substantie. hic intendit determinare de predicamentis accidentium: et habet duas. primo intendit de predicamentis accidentium intrinsecus aduentientium. Secundo de predicamentis accidentium extrinsecus aduentientium. Secunda ibi. Recipit. prima pars diuiditur in tres. Primo enim determinat de quantitate. Secundo de relatione. Tertio de qualitate. Secunda ibi ad aliquid. Tertio qualitatis autem prima diuiditur in duas. primo determinat de quantitate quantum ad eius substantia. secundo quantum ad acciditalem. scđa ibi. Amplius quantitati nihil est contrarium. ¶ Prima in duas. primo determinat de quantitatibus per se. Secundo de quantitatibus per accidens. secunda ibi proprie autem quodam. ¶ Prima in duas. primo ponit diuisiones. scđo particulariter declarat. secunda ibi est autē discrete quantitas. ¶ Prima in duas et duas diuisiones. scđa ibi aliud est. Illa p̄s est autē habet duas. primo enim declarat primum diuisionem. scđo secundā. secunda ibi. Amplius autē alia. ¶ prima in duas. primo enim subdiuidit utrumque membrum primo diuisionis. scđo declarat scđom. secunda ibi partium etenim. Hec secunda in duas. primo declarat secundum membrum primo diuisionis. scđo p̄mū. secunda ibi linea vero. ¶ prima in duas. primo declarat quod nū sit discrete quodam. scđo de orone. scđa ibi sūlt autē et orō. ¶ Sequit̄ illa p̄s. ¶ Linea vero. ¶ et hēt duas. nam p̄mo declarat de quantitatib⁹ intrinsecis que sunt continue. scđo de extrinsecis. secunda ibi. Et autē tablum et ipsi. ¶ Et dicunt locus et tempus quantitates extrinsecas: quod mensurat aliquid extra se: quod locus est in corpore ambientis mensuras tamen ambitū. Tempus est in primo mobili et mensurat res temporales. ¶ Sequit̄ illa pars. Amplius autē in qua declarat secundam diuisionem et habet tres partes. nam primo iterat suam diuisionem. secundo declarat. tertio concludit. scđa ibi ut linea. ¶ Tertia ligat alia ex habentibus et hec scđa in duas. nam p̄ ostendit que sunt quantitates habentes positionem in partibus. scđo que non. scđa ibi in numero. ¶ et hec secunda in tres. primo enim declarat de partibus numeri: quod non habeant positionem in partibus. scđo temporis. tertio orationis. secunda ibi. Neque ea que temporis. Tertia ibi sūlt et orō. ¶ Tunc sequitur illa pars. proprie autē. et habet tres. primo enim ponit. 2° declarat. 3° concludit. scđa ibi ad hec enim. Tertia ibi. Quia sola. Hec est diuiso lectionis. ¶ In p̄ parte ponit philosophus duas diuisiones quantitatis. prima est quantitatis aliud continuum. aliud discretum. ¶ Secunda diuisione est: quod quantitatis aliud constat ex partibus habentibus positionem. aliud ex non habentibus positionem: sed videtur quod male dicat quantitatis aliud. nam in constructione problematica si diuidentia precedant uerba: debet genitivus pluralis diuindendorum preponi: sed hic ponit singularis: ergo male. scđo etiā debet

Bota q̄
mo sube
fit aliquid
contrariū

ut dī. 2. 8
aia tēx.
27

¶ 6a

Liber

Solo

dicere alia continua: et dicit aliud: ergo male. Ad hoc dicendum quod ista oratio est simpliciter incongrua: toleratur tamen et ibi antitesis est: et ratio quare hoc fieri debuit: quia uolebat quantitatem dividere prout est genus: et quantitas est genus in singulari et non in plurali: et ideo dixit quantitatis. Sed dixit aliud quia continuum et discretum sunt species quantitatis diuerse per essentiam: et aliud importat diversitatem essentiae. ideo dixit aliud et non alia.

Cest autem discreta quantitas. ut numerus: et oratio. Continua vero. ut linea: superficies: et corpus.

Amplius autem prius hunc tempus et locus.

Hic subdividit membra prima divisionis. Et dicit quod discreta quantitas est numerus et oratio. Postea ponit secundum membra: et dicit quod quantitatis continua: alia linea: alia superficies: alia corpus: alia tempus: alia locus.

Cpartium enim numeri nullus est terminus communis: ad quem copules particulas eius: ut quinque cum sint ad decem particule: ad nullum terminum communem copulantur: quinque et quinque sed semper discreta sunt. Similiter tria et septem ad nullum communem terminum copulantur neque omnino habeas in numero communem terminum partium acciperet sed semper discrete et separate sunt. Quapropter numerus quidem discretorum est.

Chic declarat membrum. Et primo deinde declarat quod sit quantitas discreta. Et intendit talcm rationem: illa dicitur quantitas discreta: cuius partes non copulantur ad aliquem terminum communem: sed partes numeris non copulantur ad aliquem terminum communem: ergo numerus est discreta quantitas. numerum declarat in littera. nam quinque sunt partes decimae numeri et non copulantur ad aliquem terminum communem: sed una est divisa ab alia. Similiter declarat in partibus non aliquotis que sunt septem et tria. Unde numeri quedam sunt partes aliquotae: quedam vero non aliquotae. Dicuntur aliquotae que aliquotiens sumpte reddunt suum totum: ut bis quinque faciunt decem. non aliquotae dicuntur que aliquotiens sumpte non reddunt suum totum: ut septem et tria: aliquotiens sumpte non possunt reddere decem. **C**Notandum quod numerorum aliis perfecti: aliis diminutus: aliis superabundans: perfectus est cuius omnes partes aliquotae simul sumpte: reddunt suum totum neque plus neque minus: ut sex. numerus diminutus est cuius partes aliquotae: simul sumpte non possunt reddere suum totum ut octo. sed numerus superabundans est cuius partes aliquotae: aliquoties simul sumpte: plus reddunt quam suum totum ut septem.

CSimiliter autem et oratio quidem discretorum est. Quod etenim quantitas est oratio: manifeste apparet: mensura enim syllaba breui et longa. Dico autem orationem cum uoce prolatam: ad nullum enim communem terminum eius particule copulantur: non enim communis terminus est ad quem syllabe copulentur: sed unaque est divisa est ipsa in seipsum.

Chic declarat de oratione. Et dicit duo. primo declarat quod oratio sit quantitas: per tales rationes. Illud est quantitas quo mensurat syllaba breuis vel longa: sed per orationem mensuratur syllaba breuis vel longa: ergo oratio est quantitas. **C**Un nota quod est oratio in mente: et illa non est quantitas: et oratio in scri-

pto etiam non est quantitas. Et oratio in prolatione non est quantitas: et nulla istarum est quantitas: sed qualitas: sed oratio que est mensura orationis prolate: que est quedam mora: prout multum uel paucum moramur in proferendo illam uocem: illa talis mora est quantitas propter quod dicit philosophus. Dico autem orationem prolatam cum nocte. Postea declarat quod oratio sit quantitas discreta. Nam illa dicitur quantitas discreta: cuius partes ad nullum terminum communem copulantur: sed partes orationis: que sunt syllabe: ad nullum terminum eadem copulantur: ergo oratio est quantitas discreta.

CLinea vero continua est: potest enim quis sumere communem terminum ad quem particule eius copulentur: id est punctum: et superficies ei lineam. plani namque particule ad quendam communem terminum copulantur. Similiter autem et in corpore poteris sumere communem terminum lineam uel superficiemque corporis particulas copulet. Est autem talium: et temporum: et locorum: prelens enim tempus copulat ad praeteritum et futurum. Rursus locus continuorum est: locum enim quedam particule corporis obtinent: que ad communem terminum copulantur. ergo et loci particule: que obtinent singulas corporis partes: ad eundem terminum copulantur: ad quem corporis particule. Quapropter continuus erit et locus: ad unum enim eodem terminum eius particule copulantur.

Chic declarat partes primi membra scilicet quantitas continua. Et intendit per talcm rationem probare: quod linea superficies: corpus: locus: et tempus: sint quantitates continuae. Et intendit hanc rationem: ille dicuntur quantitates continuae: cuius partes copulantur ad aliquem terminum communem: sed partes lineae superficiem corporis temporis et loci: copulantur ad aliquem terminum communem: ergo oes ille sunt quantitates continuae. minorē declarat in littera et dicit primo quod partes lineae copulantur ad terminum communem id est ad punctum: et dicunt quidam ad punctum qui est actu in linea. quidam dicunt ad punctum qui est in potentia. Similiter partes superficieis copulantur ad lineam: et partes corporis ad superficieis: partes temporis ad hunc: ad illud idem instans quod terminat praeteritum incohatur futurum: sive aliquo medio: et ita praeteritum et futurum continuantur ad presentem et copulantur. Similiter dicit quod partes loci copulantur ad eundem terminum communem: ad quem corporis particule copulantur. **C**Notandum ad evidenter huius littere quid sit locus: et in quo sit tanquam in subiecto: et quid sit continuari uel copulari. Est autem locus (ut dicitur in libro quarto physico) ultimum corporis ambientis immobile primum sic est in corpore ambientis ut in subiecto: unde supra. Id est ultimum dicitur superficies in quantum corpus terminatur: sed dicitur locus: prius locatum continet: et copulari id est quod continuari: et ita cum idem ultimum sit superficies et locus: partes loci copulantur ad lineam: partes autem corporis immediate copulantur ad superficiem: mediate autem ad lineam. Est ergo sensus quod partes loci copulantur ad cunctos terminum immediate ad quem partes corporis copulantur mediate: s. ad lineam: et hec expositio est uera. Alio tamen modo exponitur et magis secundum intentionem philosophi ut videt quod partes loci occupant partes corporis locati: et etiam ipse locus trahit inter-

Quid sit
locus: et in
quo sit et
quid sit
eo.
Id est ultim
mum et locis
et superficieis
copulatur.

sionem et profunditatem ab ipso corpore locato: et ideo dicitur quod partes loci copulantur ad eundem terminum ad quem partes corporis ambientis: id est ad terminum corporis locati: qui est in medio ipsius corporis. prima tamen expositio videtur esse verior.

Amplius autem alta quidem constant ex partibus quae in eis sunt positione ad se inuicem habentibus. Alio autem ex non habentibus.

Chic repetit secundam divisionem. s. quod quantitates aliae quidem constat ex partibus habentibus positione ad se inuicem: aliae vero ex non habentibus.

CUt linee quidem particule positione ad se inuicem habent. Singulum namque eorum situm est alicubi: et habes unum sumas: et assignes unumquodque ubi situm est in plano: et ad quam particulam particule cuncte copulentur. Similiter autem et particule plani: positione habent quadam. similiter namque ostendetur ubi unumquodque eoz iacet: et que copulantur ad se inuicem: sed et soliditatis quoque similiter et loci.

Chic declarat membra divisionis. Et primo que sunt quantitates habentes positionem: et intedit taliter ratione illud de ciuis partibus potes assignare ubi sitae sunt: et habes unum sumas: et ad quem terminum copulantur est quantitas cuius partes habent positionem: sed linea superficies et corpus et locus sunt eiusmodi quod de eorum partibus potes assignare. ubi sunt sitae: et unum sumas et ad quem terminum coem copulentur: ergo sunt quantitates ciuis partes habent positionem. minorem declarat: nam de partibus linearum: potes dicere ubi sunt sitae: et habes unum sumas media uel tertiam partem: similiter de partibus superficieis et corporis et loci potes assignare ubi sunt sitae et habes unum sumas: quare omnes iste sunt quantitates habentes positionem.

Cin numero autem non poterit quisque ostendere quemadmodum particule eius positionem aliquam habeant ad se inuicem: aut ubi iacet. aut que particule ad se inuicem connectuntur. sed neque ea que temporis sunt: nihil enim permanent particule temporis. Quod autem non est permanentes quomodo positione aliquam habebit: sed magis ordinem quandam particularum dices heret eo quod aliud quidem prius sit tempore. aliud vero posterius. Sed et de numero similiter quod prius numerum unumque duo: et duo quod tria: et ita ordinem quandam habebunt positione aut non multum principies. sed et oratio similiter. nihil enim permanent particule eius: sed quod dictum est: non potest amplius sumi. Quapropter non erit illa positio particularum eius: si quidem nihil permanent alia itaque constat ex particulis que in eis sunt positione ad se inuicem habentibus. alia ex non habentibus positionem.

Chic declarat aliud membra. s. que sunt quantitates non habentes positionem. Et dicitur quod de partibus nulli non potes assignare ubi sunt sitae: necque unde sumas: neque quod copulentur ad aliquem terminum coem: Iohannes nimirum est quantitas ciuis partes non habent positionem. Similiter de partibus temporis non potest assignari ubi sunt sitae: nec unum sumas: nam de illo quod non habet permanentiam quo partes eius habebunt positiones: sed tempus non habet permanentiam. Et ideo partes eius non habebunt positiones. Ex hoc quod dictum est: quod partes temporis non habent positiones: crederet aliquis quod non habeant ordinem. Et ipse dicitur quod immo habet ordinem: quod unum primum est alio: sicut prius est su-

turo: similiter partes nulli habent ordinem: quod prius sunt duo quod tria: et sic per ordinem: sed partes ipsi non habent positionem (ut dictum est.) Similiter partes orationis: que est quantitas: et in platione non habent positionem: nam quod semel dictum est amplius sumi non potest: et sic partes orationis non habent positionem. Et postea concludit per quid dicit.

CProprie autem quanta hec sunt sole que dimicantialia vero oia sunt accidens. Ad hec enim aspicientes: et alia dicimus quarta. ut multum de album et quod superficies multa sit. et actio longate et tempus multum sit. et motus multis. Neque enim horum singulorum per se quantum dicitur: ut si quis assignet quanta sit actio: et tempore diffiniet annuum: uel diurnum: uel sic aliquo modo assignans. et album quantum quid sit assignans superficies diffiniet. Quanta enim superficies fuerit datum album dicit esse. Quare sola proprie et huius seipso quarta esse dicuntur: que dicitur sunt. aliovero nihil per se: sed si forte per accidens.

Chic determinat de quantitatibus per accidens. Unde intedit hic tam rationem: illud ad quod inspiciens: alia dicuntur quantitatibus est quoditas per se et alie per accidentem. Sed inspiciendo ad supradictas omnes alie dicuntur quantitatibus: ergo supradictae sunt quantitatibus per se: et omnes alie per accidens. minorē declarat in littera. s. quod inspiciendo ad predictas dicuntur alie quantitatibus: nam albus est multum quod superficies multa est: et actio longa: ex hoc quod tempus est longum: et sic soli supradictae sunt quantitatibus per se que sunt septem. s. quinque continuae et due discrete: omnes autem quantitatibus sunt quantitates per accidens et non per se recte.

Queritur Utrum quantitas sit genus et recte. Et hoc querere utrum sit unum genus. Et arguitur primo quod non sit genus: nam secundo topico dicitur propter quod nullum genus predicatur denominative de suis speciebus: sed quoditas predicatur denominativa dicendo linea est quarta: ergo quantitas non est genus. Secundo probatur quod non sit unum genus: nam vult Aristoteles in libro posteriorum quod in quolibet genere est reperire unum minimum a quo omnia fluant et ad quod omnia reducantur: ut in predictis species: et in modis tonus: sed in quantitate sunt plura minima. s. punctus et unitas: et licet quoditas non est unum genus: et si non est unum genus sequitur quod non sit genus: iuxta illud Aristoteles in libro elektorum qui dicit: quod non est una propositio non est propositio.

Oppositum Tunc arguitur. Nam illud quod habet rationem eadem a qua potest accipi non generis est genus: sed quantitas est huiusmodi: ergo est genus. Secundo probatur sic. Propter non decem predicamenta que sunt decem genera generalissima: sed non essent decem nisi quantitas esset unum ex illis: quare recte. **C**Ad hoc est dicendum quod quantitas est immediatus genus: et etiam unum genus. Unde debemus notare quod quantitas immediatus adherent materie quod aliud accidens: nam forma adueniens materie duo facit. terminat enim fluxum materie et dat sibi esse distinctum ab omnibus alijs: et huius quod terminat ex illa taliter terminatione causatur quantitas: et ideo immediatus inheret qualia. Dico ergo quod quantitas est genus: et habet rationem quantitatis communem generis generalissimi: et habet diversam rationem ab omnibus alijs generibus: quod habet rationes mensure. **C**Ad primum argumentum cum dicitur. Nullum genus predicatur denominative de suis speciebus:

Quantitas immediatus adhuc remaneat aliud accidens,

Liber

concedo: sed cū dicas q̄ quantitas p̄dicatur denominatiue: nō bñ dicitur linea: est quāta: dico q̄ hec est fallia: nā linea est quid simpli: et quantū significat aggregatū ex s̄bsto et acēte. Alter dī q̄ quātū nō enī genus: sed quātū. Ad 2^m in quo dicas: q̄ in quolibet ḡne cōcedo: et cū dicas q̄ in quantitate sunt plura minima: dico q̄ uno oīa ad vñū minū reducunt. s. ad vñitatem: nā punctus cū suba ponit et vñitas est suba et iō punctus hēt se per additionē ad vñitatem: et ita punctus reducitur ad vñitatem. Et sic vñitas est minū in ḡne quantitatib⁹.

Queritur Despeciebus quantitatib⁹. Et pri-
mo Utrū numerus sit vñ uel sit
multiplex. Et p̄mo intēdo pbare q̄ nō sit vñus
vñ arguit p̄mo: nā vñū et multa opponunt: sed nu-
merus cīt multus: qz nūs est multitudiō: ergo p̄z q̄
nūs non est vñus. 2^o arguit: ex duob⁹ actu exūtū
bus nō fit 3^m: sed vñitates sunt actu existētes: ergo
ex ip̄sis non fit nūs vñus: quare. 3^o arguit sic: ex
nō quantis nō p̄t fieri quantum: sed vñitates non
sunt quāte: q̄re vñde q̄ ex illis non possit fieri nās
qui est quantitas: et si nūs non est: ergo nec vñus.

Oppositū patet. Nam nūs est quantitas: er-
go est ens. Et cum ens et vñum
pertant nūs erit vñus. 2^o sic: illud qd̄ semel est id
qd̄ ipsum est vñus est: sed nūs semel est id qd̄ ipsum
est: ergo nūs est vñus. Ad hoc dicendū est q̄ nūs
est vñus fm spēm et formā suā lī sit multis fm par-
tes itēgrales. An bene pot stare q̄ aliquid sit vñus
fm formā et multa fm partes māles ut in homine et
in domo: mālūdo est de nūo. Et sic patet solutio ad
hoc qd̄ dicas: vñū et multa opponunt: et postea dicas
q̄ nūs est multus: uerū est quantū ad māles partes
vñus tñ est quantū ad formā. Ad 2^m cū dicas: ex
duob⁹ actu existētibus non fit 3^m. et tu dicas q̄ vñi-
tates sunt actuā: dico q̄ vñitates oēs in numero ha-
bent se rōne materie et in potentia excepta ultima:
que habet se rōne forme. Ad 3^m cū dicas: ex non
quātū non fit quantū: certe uerū est ex non quātū
nullomodo quātū: vñ ex non quātū in actu: non
fit quantum: tum in potentia bene potest fieri quātū:
et ita lī vñitates non sint quātū actu sunt tamē
in potentia q̄ ex eis bene fit quātū.

Amplius quātitati nihil est ūrium.
In definitis enim manifestū est:
quoniam nihil est ūrū, ut bicubito:
uel tricubito: uel superficie: uel ali-
cui taliū: nihil enim illis est ūrium.

Superius Auctor dixit de quātūtate: q̄tū
ad sui substātialia hic dicit: quā-
tum ad accidētālia et habet duas. Nā primo ponit
pp̄xītates coes. 2^o propria. 2^o ibi[propria aut.] Pri-
ma in duas fm duas prop̄xītates coes. 2^o ibi[non
videt aut.] Prima in duas: primo ponit pp̄xītatem.
2^o ponit obiectiōem. 2^o ibi[Nisi quis forte dicat.]
et hec² in duas fm q̄ ponit duas obiectiōes. 2^o ibi[
Maxime aut circa locū.] Prima in duas: nā primo
soluit ostēdendo: q̄ magnū et parū non sunt quā-
tūtates. 2^o dicit dato q̄ sunt quātūtates q̄ nō sunt co-
traria. 2^o ibi[amplius siue aliquis ponat.] Prima
in duas: nam primo ostēdit q̄ magnū et parū
nō sunt quātūtates per vñā rationem. 2^o per altam.
2^o ibi[amplius bicubitu.] Prima in tres: nā primo
ponit mānorē. 2^o p̄clōnem. 3^o declarationem mānorē.
2^o ibi[Nihil enim.] 3^o ibi[mons qd̄.] et hec
tria in duas: nā p̄mo declarat in magno et paruo. 2^o

in multo et paucō. 2^o ibi[rursus inuicē] seq̄tur illa ps
[Amplius siue aliquis] in qua ostēdit q̄ dato q̄ sunt quā-
tūtates q̄ non sunt contraria. Et diuidit in duas fm
q̄ probat hoc p̄ duas rōnes. 2^o ibi[Amplius si sunt]
et hec 2^o in duas: nā primo probat q̄ magnū et par-
uum non sunt ūria oucendo ad duo impossibilitā. 2^o
declarat illa duo ip̄ossibilitā. 2^o ibi[Cōtingit enim si-
mul.] hec secūda in duas fm q̄ duplīciter declarat
illa duo impossibilitā. secūda ibi[Et eadē ūriūpsis] seq̄tur illa pars nō vñdet aut.] Et diuidit in tres: nā
primo ponit pp̄xītatem. 2^o declarat. 3^o concludit. 2^o
ibi[ut bicubitu.] 3^o [q̄re quātūtatas.] illa pars [pp̄xītū]
diuidit in tres. Nā primo ponit pp̄xītatem. 2^o de-
clarat. 3^o concludit. 2^o ibi[ūsingula queq;] 3^o [q̄re quā-
tūtatas.] hec est diuīsio lectionis. Ad primā partē
sic p̄cedit et dicit q̄ quātūtati nihil est ūrium. Et di-
cit q̄ hoc est manifestū in quantitatib⁹ diffinitis, i.
determinatis: ut bicubito nihil est ūrū: et tricubito
et sic de alijs.

Nisi multū pauco dīcat quis esse contrariū
uel magnum paruo.

Dictum est q̄ quātūtati nihil est ūrium: uerū est:
nisi q̄s dīcat multa esse ūria pauco et magnū p̄uo.
Hoc aut nihil est quātūtatas. sed magis ad ali-
quid. Hoc enim per seipsum magnū uel par-
uum dīcit. sed eo q̄ ad alterū refert ut mons q̄
de paruu s dīcit: nullū vō magnum. eo q̄ hoc
quidē his que sunt sui ḡnis maius sit. illud vō
his que sunt sui ḡnis minus. ergo ad aliud est
eo q̄ relatio. nam si per seipsum paruum uel ma-
gnū dīceret. nunq; mons quidē aliquā p̄am?
millium vō magnū dīceret. Rursus quidē in
vico plures dicimus esse hoīes. in ciuitate vō
paucos. cū sint his multo plures. et in domo
quidē multos. in theatro vō paucos et ūribitū ūel triēbitū ūint
plures. Amplius vō bicubitu ūel triēbitū ūint
et vñūquodqz talium quantitatē ūint significat.
Et magnū vō ūel paruum nō ūint quātū-
tate. sed magis ūint ad aliquid. qm ad aliud
confideratur magnum et paruum. quare ma-
nifestū est: q̄ hec ad aliquid ūint.

Hic soluit ostēdendo q̄ multū et paucū magnum et
parū nō ūint quātūtatas. Et intendit talē rōnēm il-
lud qd̄ per se nō dīcit: sed in solo respectu refert ad
aliud: nō ūint quātūtatas: sed ad aliquid. i. relatiōnēz: sed
magnū et paruum multū et paucū nō ūint per
se sed in solo respectu ad aliud: ergo nō ūint quātū-
tates. primo ponit p̄clōnem. secūdo mānorē cū di-
cits nihil enim.] Tertiō declarat eūz dīcit[ut mons] ūint
declarat mānorē q̄ magnum et paruum multū
et paucū: dicuntur in respectu alterius. granum
miliū dī magnum: et mons paruu ū respectu alterius
motis maioris: sed per se mons nō dīceret paruu
neq; nullū magnum et tñ dicūtur: ergo patet q̄ di-
cūtur in respectu alterius: uel ad aliud. Simili decla-
rat in multo et paucō q̄ dicūtur ad aliquid. Nam nos
dicimus in domo esse multos homines et in thea-
tro paucos dato q̄ ibi ūint tot: simili ūint in ciuitate
paucos et in vico multos: et non esset hoc nisi dicere-
tur in respectu. Et sic patet q̄ in respectu dicūtur: et
uocatur theatrū locus circa ecclēsī coīe.

Amplius siue aliquis ponat hec ūint quātū-
tates siue nō ūint nihil erit eis ūrium. qd̄ enīz
non p̄t ūint per seipsum sed ad solā alterius
refertur relationē: quomodo huic aliquid
erit contrarium.

Chic soluit et dicit: dato quod magnū et paruum sunt quantitates; tamen non sunt contraria cum quantitatibus nihil sit contrarium. Et probat quod magnū et paruum non sunt contraria: et intēdit tale rōnem. Illud quod per se non dicitur: sed in sola relatione ad aliud tale non habet contrarium: sed magnū et paruum: multū et paucum non dicuntur per se: sed in sola relatione ad aliud: quod res ita non sunt contraria.

Conclusus autem si erunt magnum et paruum contraria contingit idem simul contraria recipere: et ea ipsa sibi met esse contraria.

Chic intēdit probare per aliam rōnem ducēdo ad duo impossibilia quod magnū et paruum non sunt contraria. Et primo ponit illa impossibilia et dicit quod si dicatur quod magnū et paruum sint contraria sequeret quod duo tria essent in eodem: vel quod id est contrarium sibi met. **C**ontingit enim simul id est paruum et magnū. Est enim ad hoc quidem paruum. ad aliud vero hoc idem ipsum magnū. Quare idem ipsum paruum et magnū et in eodem tempore esse contingit. quare simul contraria sibi met. Sed nihil est quod videatur simul contraria posse sibi met. ut substantia quidem susceptibilis esse contraria est videatur. sed non susceptibilis uno eodem tempore. nam nullus fons simul est et eger. nec albus et niger est simul. nihilque aliud sit tria sibi met.

Chic declarat illa impossibilia. Et primo pīmū. scilicet si magnū et paruum essent contraria quod duo contraria essent in eodem. nam unus mons comparatus ad maiorem dicitur parvus: comparatus autem ad minorē dicitur magnus et ea cum idem mons sit parvus et magnus si essent contraria contingeret duo contraria in eodem esse et hoc est impossibile. et statim probat quod impossibile sit duo in eodem esse per rationes. Si illud quod magis videtur inesse non est neque illud quod minus: sed magis videtur quod una substantia possit recipere contraria. Quod aliud et tamen non potest: nam idem hoc non potest sibi met eger: et nec potest simul tria recipere.

Contra eadem continget sibi ipsius esse contraria. Nam si est magnum parvum contrarium: ipsius autem idem simul est: parvum et magnū. Ipsum sibi erit contrarium. sed impossibile est aliqd sibi ipsius esse contrarium. non est igitur magnū parvum contrarium. nec multū exiguo. Quare vel si non relativorum hoc quelibet dicat: sed quantitatis nihil contrarium habebunt.

Chic deducit aliud impossibile. nam cum idem mons (ut declaratum est) possit dici magnus et parvus: si ista sint contraria idem erit contrarium sibi ipsius: sed hoc est impossibile. ergo magnū et paruum non sunt contraria. Et sic quantitatis nihil est triū: dato quod magnū et paruum sint quantitates: et sic est soluta obiectione: et sic magnum et parvum non sunt contraria.

Contra maxime autem circa locū videtur esse contraries quantitates. Sursum enim ad id quod deorsum est: contrarium ponunt locū qui in medio est deorsum dicentes: eo quod multa in mediis distātia ad terminos mundi sit. Cuidetur et aliorum contrariorum distinctiones ab his asserre. Que enim multū a se iuicē distat sub eodem genere est tria definitū.

Chic ponit aliam obiectionem. Et dicit quod quantitas maxime videtur habere contrarium circa locum: nam locus qui est sursum loco qui est deorsum videtur contrarius per distinctionem contrariorum: nam contraria sunt que maxime a se distat: sed locus sursum et locus deorsum maxime distat: quod videtur tria. propter non soluit istam obiectionem: nam (ut dicit quidam) ridiculosa est. Nam

contraria maxime a se distant distātia formalis et non distātia localis: et ideo non valet ratio neque etiam locus sursum et deorsum in eodem vicissim simul sunt quae non dicuntur contraria.

Contra non videtur autem quantitas suscipere magis et minus ut bicubitum. neque enim aliud est alio magis bicubitum. neque in numero. ut tria quaeque nihil magis dicuntur vel quinqūque magis quam tria nec tempus aliud magis et minus dicitur: neque in his que dicta sunt: omnino magis et minus dicitur. quare quantitas non suscipit magis et minus.

Contra ponit aliam proprietatem dicens: quod quantitas non videtur suscipere magis et minus: ut bicubitum vel tricubitum. similiter declarat de numero. nam aliquod tria non dicuntur magis tria quam alia et sic de alijs: quare per se quod quantitas non suscipit magis et minus.

Contra proprium autem quantitatis maxime est quod equalis et inaequale dicitur. singulū enim eorum que dicta sunt quantitatū: et equalē dicitur et inaequale. ut corpus equalē et inaequale dicitur. et numerus equalis et inaequalis. et tempus equalē et inaequale dicitur. Si similiter autem et in aliquo dicitur sicut vnuquodque et equalē et inaequale dicitur. In ceteris autem que quantitates non sunt non multū videntur equalē et inaequale dici. ut affectio et dispositio equalis et inaequalis non multū dicitur. sed magis similes et dissimiles. et alius equalē et inaequale non multū dicuntur sed magis similes. Quare quantitatis proprium est equalē et inaequale dici.

Contra ponit praeterea propriam quantitatis. Et dicit quod proprium est quantitati secundum equalē vel inaequale dici: ut duo nūs equalis vel inaequalis: vel etiam duo corpora equalis vel inaequalia dicuntur secundum quantitatem. et illa positio secundum dicit ibi habitudinem cause efficientis et declarat quod alijs non competat. nam affectio que est equalitas non dicitur equalis sed aliquid dicitur simile secundum ipsum.

Queritur circa species quantitatis. Et primo utrum nūs et oratio differant secundum speciem. Et arguit primo quod non. Nam illa que differunt sola differentia materiali non differunt secundum speciem: sed numerus et oratio differunt sola differentia materiali. ergo non differunt secundum speciem. quod autem solū differat oratio materiali per se: quod differunt solum ex hoc quod numerus mensuratur ratione permanet: et oratio ratione successiois: sed iste differentia sunt materiales: ergo.

Contra arguit secunda ratio est multitudine syllabarū et conditionū et numerus similiter est multitudine: quod videtur quod oratio et numerus non sint diversae species quantitatis. **C**ontra tertium querit. Utrum oratio differat a tempore secundum speciem et videtur quod non: nam illae quantitates que habent eadem ratione mensurare non differunt secundum speciem: sed tempus et oratio habent eadem ratione mensurare: nam utrumque mensuratur in successione. ergo videtur quod non sint quantitates distincte secundum speciem.

Contra quartum ad hoc quod numerus et oratio sunt quantitates secundum speciem distincte. differunt enim in duobus. in uno quod numerus mensuratur tres permanentes: et non successivas: nisi est in quantum habet permanet. differunt et in alio: quod numerus non determinat sibi aliquam materiam. habet enim in differente oiam mensurare: sed oratio determinat sibi unum placitum: quam habet solummodo mensurare: per hunc primum solutio ad argumenta. **C**ontra quinto cum dicitur illa que differunt solum secundum differentiam materiali non differunt secundum speciem: cōcedo. cum dicitur quod numerus et oratio solum differunt differentiam materiali. dico quod immo

In quibus
differant
nūs cora
tio

31 liber

Differunt formaliter: nam sicut res permanentes et successives differunt in forma: sic ille differentiae formaliter differunt. Ad 2^m similiter per praeceptum solutio per idem. Ad 3^m similiter cum probas quod tempus et oratio non differunt. Dico quod in modo: nam oratio mensuratur ratione discretorum. Tempus autem ratione continuorum. et sic habet diversam rationem mensurandi.

Queritur Ut nō linea sit distincta quātitas a superficie? Et arguit q̄ nō na ps nō facit distinctā spēm ḡtra totū sed linea est ps superficie, ergo non debet ḡtra illā ex opposito dīmī q̄ re zc. Ad hoc dicēdū q̄ linea est distincta quātitas a superficie. Cū in subā copōlita naturali est reperire partes et ordinationē ipsarū partū: et etiā distinctionēz eaz, ex quo sunt ibi p̄tes est ibi quātitas: sed ex hoc q̄ p̄tes ordinātur ḡtīnue uel discrete: causat ḡtīnua uel discrete: sed differunt, nam si m̄ q̄ vna ps ordinat post alia sic est linea: et ex hoc q̄ vna ordinat post, et circa alia sic est superficies, sed ex hoc q̄ vna post et circa et sub alia locat sic est corp̄: et sic p̄z q̄re diuersā rōnē h̄nt linea et superficies: q̄re sc̄quū q̄ sunt diuersae quātitates. Ad argumētū cū dicis ps nō distinguunt ex opposito ḡtra totū, solū vñ nom̄ o q̄ ueū est id qđ ē ps: sed nō inquātu ps: sed ḡcedat, et ad minorē cum dicis q̄ linea est ps superficie, dico q̄ non sicut p̄nct⁹ nō est ps linea: qz ex p̄tibus linea constituit et nō cōstituit ex p̄nctis. Ita si idiusibilē addit̄ idiusibili li nihil mutus facit p̄nctus aut̄ est idiusibilis ratio.

Queritur Utrum motus sit qualitas per se. Et
arguit quod sic non illud est per se di-
uisibile est per se qualitas; sed motus est per se diuisi-
bilis cum sit quod continet; ergo motus est qualitas per se.

Oppositū Dat per p̄m qui dicit: q̄ foliū
ille quę supra dictę sat quantitates
per se; oēs alie p̄ accīs, sed de supradictis nō est mo-
tus, q̄re erit quātitas per accīs. Ad hoc dicēdū q̄
de rōne quātitatis est per se hēc p̄tes: iō illud qđ p̄
se hēc p̄tes est quātitas per se; z qđ nō hēc p̄tes per se
nō est quātitas per se; mot⁹ aut̄ nō hēc p̄tes per se; ni-
si a subiecto; nec hēc ztinuationē; nā mot⁹ est ztinu⁹
ex hoc q̄ mobile est in q̄libet pte semp ⁊ sine quiete
z ita solutū est argumētū. qz mot⁹ de se nō ē disibilis

Queritur Circa priuilegiis quantitatis et primo.
Utrum quantitas sit aliqd **ratio**? Et videlicet quod sic non in omnibus generibus est replicare una prima **ratio** quantitatem, ergo in quantitate erit **ratio**. Et sic: oportet motus etiam **ratio** in **ratio** sicut in **ratio** dimensionis, quod **ratio** habet **ratio** quantitatis. Ut terius queritur de hoc quod auctor dicit cum probat quod magnus et parvus non sunt **ratio**, et facit talerorum nam monos copiarum ad alium potest dici magnus; et ad aliud potest dici parvus; et ita si magnus et parvus sunt **ratio** eent duo **ratio** in codice, ibi videlicet quod peccat per fallaciam ignorantie eleborum; sicut dicendo hoc est duplum ad hunc et non est duplum ad illud: ergo est duplum et non duplum. Ut tercius queritur utrum magnus et parvus sint **ratio**? Et videtur quod sic, nam prius est secundum ea equaliter vel inequaliter dici; sed secundum magnitudinem et quietatem dicuntur alii equaliter vel inequaliter: et magnitudo et quietas sunt **ratio** quantitatis. Dicendum quod duplex est **ratio**, scilicet **ratio** generis predicabilis et generis subicibilis. Contraries generis predicabilis est differentia et oppositio secundum genus et sic: **ratio** est in quilibet predicamento: sed **ratio** generis subicibilis est, prout **ratio** sunt vicissim in codem: et sic sumuntur hic **ratio** et sic quietas non suscipit **ratio**: sed sola quietas est illa que causatur a quietate. Ad ar-

gumētū h̄mū cū dīcis; in oī ḡne est rep̄ire vñā prima
řietatē. uerū est ḡnūs p̄dicabiliſ; sed nō ḡnūs ſubici-
bilis. Ad 2^m cū dīcīs; oīs mor̄ eſta ĥrio in ĥru. Di-
co q̄ ĥrūm ibi accep̄it large pro quoquq̄ diſpat̄o.
Ad alio dico ſit̄ q̄ auctor nō peccat per ignorā-
tiā clenchi. inq̄ bñ ualetrō ſua; nā ĥria nec eodez re-
ſpectu nec diuersis p̄nt eē in eodē ſubiecto; ſed ma-
gnuz z paruū poſſunt eſſe in eodē ſubiecto diuersis
reſpectib;. q̄re bona eſt rō; videlicet q̄ non ſint ĥria;
neq̄ eſt ibi fallacia ignorātie. nā fallacia ignorātie ſit
in negatiua z nō in affirmatiua; nā bñ ſequit q̄ iſte
eſt p̄ illius z ſit̄ alteri. ergo eſt p̄ z ſit̄; ſi aſſigna
rē negatiue nō ualeret argumētu. nā nō ſequit nō ē
p̄ illius. ergo nō eſt p̄. Et eſt cā q̄rē nō tenet in nega-
tiua q̄rē dīz nō eſt p̄ iſt̄; negat p̄ ab illo. cū q̄nt di-
cī nō eſt p̄ ſimpli negat eē p̄; ſed in affirmatiua cū
dī iſte eſt p̄ illi. bñ ſequit ergo eſt p̄; nā nō affirmat
pro q̄libet eē p̄c̄m. Et io q̄r̄ auctor arguit affirmati-
ueib; nō iſcidit fallacia ignorātie clenchi; q̄re bene te-
net argumētu. Ad aliud cū dīcī ſit̄ magnū z puū
ſunt quātitates. dico q̄ magnū z paruū ſignificant
magnitudinē z paritatē queſut quātitates. Tñ iſte
q̄titates dicunt i coparatione; z ſic dico q̄ p̄cipiālē
ſignificat q̄titates coparatas; z ita ex q̄nti ſunt rela-
tiua; q̄r̄ ex quo q̄titate coparata ſignificat; ad aliquid
dicunt. cocedo. ergo argumētu q̄ magnū z puū bñ
ſunt q̄titates. Tñ ex q̄nti ſunt relatiua; q̄r̄ in copara-
tione ſunt ad aliquid.

Baldiq; votalia dicuntur; quecumq; hoc ipm qd sunt alioz e dicunt uel quomodolibet aliter ad aliud. ut manus hoc ipm qd est altero dicitur. ali quo eni manus dicit. et duplum dici tur id qd est alterius alienius eni duplū dī. Si militer autē et alia quecumq; sunt huiusmodi.

Superius *Dixit prophets de predicamēto quitatis
tis, hic itendit determinare de pre
dicamēto relatiuis. Et ostendit in duas, non proponit vnaq;
diffōne de relatiuis quitū ad opionē aalorū.² beac opin
ionē pripria.² ibi [Sed ilgit sufficiēter.] Uel alit dicit
a quibusdā qui proprihs determinat de relatiuis diffōnīe.
² dubitatuc. ² ibi [hec aut dubitationē.] Et prima in
duas, non proponit de relatiuis quātū ad subalia.
² quātū ad accūtūla.² ibi [Inest aut prietas.] Pri
ma in duas, non prodiffinit.² declarat.² ibi [Ut mai^{or}.]
et hec ² in duas, sed in principale et dubij remotiūam.² ibi
[Sunt aut et accubit^r.] Prima in duas, non prodecla
rat vna pritem diffōnis.² alia.² ibi [Uel quōlibet.]
prima in duas, non prodeclarat in relatiuis fm esse.² in
relatiuis fm dici.² ibi [At vo sunt.] Sequitur illa ps
[Inest aut.] Et diuidit in duas, non proponit priprie
tes cōes.² priprias.² ibi [Ostenda aut que.] Prima in duas
et duas pripritates cōes.² ibi [Uident aut magis.]
et quelibet istarū in duas pott diuidi, proponit priprie
te.² ostendit non cone*qu*eribile ubi principiāt priz. Sed se
quis illa ps [ostenda aut que sunt.] Et diuidit in duas
fm duas pripritates.² in finc lectionis ibi [Uident
aut.] Prima in duas, non pmo ponit pripritates.² po
nit ipedimentū circa istam.² ibi [At vo aliquoties.]
Prima in duas, sed in principale et dubij remotiūa.² ibi
[sed casu.] Illa ps [At vo.] In duas, Nam pmo po
nit impedimentum circa pripritatem et istius ipedi
mēti in cōuenientē assignationē.² ostendit que sit
cōueniens assignatio et que in cōuenientē.² ibi [Ampli
us hic cōuenienter.] prima in duas, nam pmo remo
uet impedimentum quod puentis propter defectū nomi*

nis. 2^o ppter male assignates. 2^o ibi. Oia igit que ad aliquid. Prima in duas. na primo ostendit q pote esse inconveniens assignatio ppter defectum nominis. 2^o dicit q opz singere nomina: zdat artem singendi nomina. 2^o ibi sic aut fortassis. Sequitur illa ps. Amplius. Et habet tres. nam pmo ostendit quae sunt inconveniens assignatio. 2^o que inconveniens. 3^o concludit sua proprietatem declaratam. 2^o ibi ut si seruus ad. 3^o ibi Quare oportet. Primo nota q relatio inter oia etia debilius esse habet: ppter qd crediderunt quidam q esset ens rationis: et no nature: sed hoc est falsum. nam a n est: q debilius esse h est determinat in concretione de relativis: et non de relatione: qz cōcreta magis cadit in cognitione nostra qz abstracta. Et dicit ad aliqd magis q relatio. nam per relatum cuz sua ppositione magis importat et designat respectus et relativus ostendit in respectu: dicit ergo talia dicuntur ad aliqd. i. relativia: quecumqz hoc ipm qd sunt dicunt alioz. i. in genituio. uel quomodo est aliter. i. in alijs casibus qz in genituio. Et dicit dicunt qz no pot pbs hanc dissimilatim opinionem propriam: sed alioz. Et statim declarat quantum ad hoc qd dixit aliorum ut maius alterius dicit. hic loquitur quantum ad grecos qui no hnt ablatiuum: sed statim quantum ad nos dicit aliquo eni maius dicit. s. duplum dicit alterius duplum. et sic de alijs.

Cit vno etiam sunt hec ad aliud. ut hie et affectus scia sensus et positio. hec eni oia que dicta sunt. hoc ipsum qd sunt. alioz esse dicuntur. et uel quolibet aliter ad aliud: et no aliud qddam. habitus enim alicui est habitus. et scia alicui scia est et positio alicui est positio. sed et alia similiter.

Chic declarat in relativis fm dici. Et dicit q sensus et dispositio habitus et positio: ita dicunt ad aliud: nam habitus dicit alicui habitus: et dispositio dicit alicui dispositio. Postea cuz dicit.

Cad aliqd ergo sunt quecumqz id qd sunt alioz dicunt: uel quolibet aliter ad aliud. ut mōs magnus: dicit ad mōte aliud. et magnus eni ad aliud dicitur: et simile alicui simile. et omnia talia similiter ad aliud dicuntur.

Chic declarat aliud membrum. s. aliqua dicunt ad aliud in alijs casibus qz in genituio: ut similia sibi similes: et mox magnus ad monte parvus. In ablativo ut maius maior maius.

Csunt aut etiam et accubitus: et statio: et sessio: positiones quedam: positio vno ad aliqd est. Iacere autem: uel stare uel sedere: ipsa quidem positiones no sunt. denominative vno ab hincque dicente sunt positiones nominantur.

Chic remouet dubium. Et dicit accubitus: statio: sessio sunt positiones et sunt ad aliqd. Credere talis q si militer: stare: sedere: iacere essent positiones. Et ita esent ad aliud. ipse remouet et dicit q sedē stare non sunt ad aliud nec positiones: sed denominative dicuntur a positionibus.

Cinest aut et trietas in re loneum virtus: virtus trietas: cu si utrūqz eoz ad aliqd. et disciplia ignorantia: no aut osb relativis est trietas. Dupli enim nihil est trietas. neqz tripli. neqz nulli talius.

Chic ponit ppteritate cōcū dicens: qz trietas est in relativis: ut virtus trietas virtus. sed intellige q virtus et virtus non sunt relativis fm esse: sed fm dici: nam pmo significat rem de genere qualitatibus et pnt supra illas res fundat ro trietas sic sunt ad aliqd: sed hoc no querit cuiuslibet reloni: q habeat trietas. na relativis

ut pater et filius duplum et dimidium no hnt trietas. **C**videlicet autem magis et minus relativis suscipere. sile enim et dissimile: magis et minus dicuntur. et equale et equaliter magis et minus dicuntur cu utrūqz sit ad aliqd. Sile enim alicui sile dicuntur. et equaliter alicui in equale. Non autem omnia relativis suscipiuntur magis et minus duplum. nec aliquid talium.

Chic ponit alia ppteritate dicens: q relativa videntur suscipere magis et minus: ut simile magis et minus et in aliqd et equale: sed vide q equaliter in eadem dimensione non dicuntur magis et minus. Na equalitas in puncto consistit: sed in diversis dimensionib. Unum nam equalitas: que est fm longitudine et latitudine magis trietas est qz illa que solu fm longitudine est: sed hoc no couenit omnibus relativis: ut duplum non dicitur magis et minus nec dimidium.

Coia autem relativa ad pertinentia dicuntur: ut seruus domini seruus dicitur. et dominus seruus dominus. et duplum dimidij duplum. et dimidij dupli dimidium. et maius minus maius: et minus maius minus. Sicut autem et in alijs: sed casu differunt qnqz fm locutione ut scia scibilis scia. et scibile scia scibile. et sensus sensibilis sensus: et sensibile sensu sensibile.

Chic ponit unam ppteritate ppteriam dicens q omnia relativis dicuntur ad pertinentia: ut pater filii pater: et filius patris filius: et statim remouet dubium dicere: nam sicut et alijs: an semper in eodem casu coherantur dicit q non: immo aliqui differunt in casu ut disciplina disciplinatis disciplina: dicit in genituio: sed cu pertinet dicitur in ablativo disciplinatum disciplina disciplinatum similiter defensu declarat.

